651.

151

Privilegium Mathiae episcopi Vladisla viensis abbati Olivensis concessum super capellis S. Iacobi et ecclesiae in Zarnowiec praeficiendi iisdem fratres suos, quorum institutio et destitutio ac correctio sit penes abbatem. Cura autem animarum et investitura ab episcopo Vladislaviensi petenda, et extra eius dioecesim ab archiepiscopo Gnesnensi.

Noverint universi praesentes visuri, quod nos frater Vesellus, frater de Oliva abbas, cum venerabili patre ac dno nostro domino Mathia Vladislavien. ecclesiae episcopo nostro dioecesano, super capellis nostris, in quibus patronatus habere dinoscimus, videlicet in ecclesia S. Iacobi ante claustrum et in Zarnowiec in claustro sanctimonialium ordinationem fecimus super institutione et destitutione monachorum nostrorum ac correctione nec non super cura animarum sub forma quam nobis tradidit dictus dominus episcopus, quam his nostris literis inseri dignum duximus, quae forma talis est. Noverint universi presentes literas inspecturi, quod nos Mathias Divina et Apostolicae sedis providentia episcopus ecclesiae Vladislavien.

mediantibus honorabilibus viris ac dominis
Sbiluto doctore doctorum preposito Plo
censi et nostre ecclesie Vladislavien. cano
nico, domino Jordano olim abbate de Pe
plin, magistro Laurentio Varmiensis ec
clesie canonico, ad requisitionem et pe
titionem fratris nobis in Christo dilecti
domini Wesseli abbatis de Oliwa ordi
nis Cisterciensis. Ordinamus ut institutio
et destitutio, et cunctis monachorum sacer
quos pro tempore in dictis capella posuerint
apud ipsum sicut hactenus remaneant. Cu
ra autem animarum à nobis, si in par
tibus pomeranie fuerimus, petatur, si ve
rò extra Pomeraniam, eadem cura anima
rum ab archidiacono nostro temporibus vi
te nostre requiratur. In cuius rei testi
monium, nostrum sigillum presentibus
est appensum. Datum in Sobkow nono
Calendas Decembris annô Domini mil
lesimô trecentesimô quinquagesimô sextô.
In cuius ordinationis evidentiam huic nostre
pagine sigillum nostrum est appensum. Da
tum in Ratelstolb in curia nostra XI. Kalen
Xbris annô 1356^to^. . .